



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Soleæ habenis teretibus vinctæ apud Romanos, Græcos, Hebræos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

Glossæ ordinariae. Vincula calceorum sive corrigias solvere vilissimum ministerium apud Græcos, Romanos, Hebræos. Iohannis Baptista dictum, εἰπεὶ οὐχὶ καὶ λογικὸν τὸ μέρος τῶν ἐποδημάτων αὐτῷ exponitur.

## I.

**O**mnia ferme id genus, quibus plantarum calces tantum infimæ reguntur, cætera prope nuda & terebribus habenis vincita sunt, soleas dixisse veteres Agellius docet. Rectissime soleis dat teretes habenas, quibus pedibus alligari possint: Est enim in soleis plane necessarius vinculorum usus. Apud Romanos quidem hoc adeo tritum fuit, ut sepe *vincula* pro ipsis *soleis* dicantur. Pariter apud Græcos habenis terebribus ligata calceamenta Homer. Odys. 2. Mag. lib. 3. cap. 30. innuit, uti observavit Hieronymus Magius. Soleas Hebræorum veterum etiam vinculis sive corrigiis pedi alligatas fuisse, varia loca Sacri Codicis ostendunt. Jam Abrahamus negat se ex præda. in

Agel. Noct.  
Attic. lib.  
13. cap. 20.

164 De CALCEIS HEBREOR.

Gen. 14.  
23.  
in victoriæ præmium vel filum;  
vel corrigiam caligæ accepturum.  
Hinc etiam natum est Johannis  
Baptistæ dictum, qui se dignum  
negat  $\lambda\mu\sigma\tau\eta\tau\pi\mu\gamma\tau\alpha\mu\mu\alpha\tau\omega$   
solvere corrigiam calcimentorū Christi.

Marci 1.7. II. Hæc vincula, sive corrigias,  
Hebræi γάμοι vocant, ab ambiendo  
scilicet, quia pedi circumvolvun-  
tur, quomodo & Græci LXX.  
vocant σφαλεράτης à σφαλέρω in-  
volvo, in orbem conglobo. Elegan-  
ter sane. Corrigiæ apud veteres  
varia ratione circumvolutæ fue-  
runt pedibus, uti ex antiquis sta-  
tuis & nummis appareat. Usitata  
admodum circumvolvendi ratio-  
ea videtur, quam spectare licet in  
statua, quam dedit vir CL. Octa-  
vius Ferrarius, qualis etiam ap-  
paret in ea, quæ visitur in fronte  
domus Bassianorum, quomodo &  
Hercules in nummis Æsculapii  
cernitur. Alia ratione vero cir-  
cumvolutæ corrigiæ apparent in  
statua togata, quæ visitur in atrio  
palatii Veneti, quam fortasse Cice-  
ronis, certe oratoris, quod li-  
belli in dextra indicant & libel-  
lorum theca ad pedes statuæ, suisse,

Fer. de Re  
Vest. P. I.  
pag. 236.  
& 26.  
P. 2. pag.  
204. P. I.  
pag. 4. P. 2.  
Pag. 144.  
Ferra-